



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDCVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

idem postea Archiepiscopo sciscitanti.

1026 Mag. *Carolus Casarius* anno penultimo suæ vitæ, 2. Febr. animam suam nuptiali ferè ritu Sponso IESV, præsentè Beatissimâ Virgine, & custode Angelo desponsatam fuisse sub secreti silentij fide, retulit ei cui suæ conscientiaæ arcana pandebat.

ANNO MDCVII.

1027 Pragæ viceProuincialis Transyluaniae peste correptus, cum ei seu iniquo loco, seu imperitè aperta fuisset vena, & medicus eam solam plagam ad hominem enecandum sufficere affirmaret, votum B.V. Lauretanæ ac B.P. Ignatio nuncupavit; qui eadem nocte ab emissio voto ad lectulum afflittere illi sunt visi, eumque ad spem salutis haud dubiam animare. Conualuit, & votum, acceptâ à Superioribus potestate, expleuit.

1028 P. *Philippo Pantaleoni* ægro P. Petrus Antonius Spinellus Prouincialis, piam teneramque fiduciam suadebat erga Virginem DEI Matrem. Tum Philippus citra iactantiæ periculum se dicturum suauissimè affirmavit, quare dulcissimâ erga illam fiduciâ plenus esset. Ipsa, inquiebat, illa me puerum olim dignata est ad se accipere, & mihi blandiri, ac dicere: Tu es *exceptio Dei, & Filius Crucifixi*. Eidemque Crucifixo me stitit; qui & ipse mihi blanditus est. *Exceptionis* vocabulum (infirmo etiam annuente) interpretatus Spinellus, aiebat, *exceptionem* esse segregationem à massa perditionis. *Audite hac omnes gentes*, inquit Psalmista, ille Marianus, *auribus percipite qui ingredi cupitis Regnum Dei, Virginem Mariam honorate, & inuenietis vitam & salutem perpetuam*.

1029 P. *Gabriel Vasia* pro frequentissima sua iaculatoria oratione vsurpabat illud, & crebriùs

ob. 1606.

2. April.

Parma.

Animam suam coram B.V.

Christo dare.

Annua

p. 757.

ob. 1607.

18. Aug.

De illa colloqui.

Fiduciam erga illam in se ac in alijs excitare.

S. Bonau.

ps. 48.

ob. 1607.

11. Iunij

Gerunda.

re-

Nier. t.3.
p.782.
Iaculato-
rijs illam
colere.

repetebat; *Monstra, Monstra, Monstra te esse Matrem.*
Eius moris in morbo quodam oblitus, aut negli-
gens, Beatissimam Virginem coram se videre se
arbitrabatur, quæ illum eius negligentia, multâ
maternæ suavitatis & vultûs hilaritate admonuit.
Ita mos ille illi suavior factus, fecit vt caelestem
quandam vitam duceret in terris oratione assiduâ.
*Te, inquit ad B. Virginem S. Ioseph Græcus, vnam
diuinitatis manna continentem agnouimus; te pontem ad
diuinam vitam transcendentem.*

m. f.
10. Dec.

ANNO MDVIII.

ob. 1608.
in Sardi-
nia.

1030 *Patri Sebastiano à Campo* cum sæpè aliàs,
tum verò potissimùm Rosarium B. V. flexis humi-
genibus recitanti, se ostendisse fertur niueo cultu
splendida Virgo Mater in ipso carcere in quo tunc
Sebastianus captus ab infidelibus tenebatur: eum-
que impensè hortata est, vt omnes captiuos ad
retinendam in Catholica fide constantiam, & ad
cultum Virginis incitaret: Simulque plurima illi
Rosaria porrexit plenâ manu; quæ ille iussu Deiparæ
ipsius distribuit, omnes ad illud quotidie reci-
tandum enixè hortatus. Inde illi, & illis libertas,
ope Deiparæ: *Quam S. Bonauentura portam liber-
tatis vocat; & addit: Verba cuius, sunt argentum; lin-
gua, laudis instrumentum.*

Nier. t.4.
p.93.

in Psalt.
minore.

Annuæ

p. 577.

Illam pro
confessa-
rijs, & pœ-
nitentibus
implorare

1031 Quidam qui procul Zagrabiâ, Vrbe
Croatia, distabat, aiebat se à semestri spatio vrgeri,
& aliquando etiam in somnijs à Deipara Virgine
impelli, vt si quietam conscientiam habere velit, se
ad Societatis Patres conferat Zagrabiâ, istic vt
quærat medicos, qui animæ morbos sanent, & anti-
dota præscribant.

Rudes fi-
dei elemē-
ta docere.

1032 In Philippinis sceminam à quodam So-
cietatis Patre baptizatam dicitur ipsa Beatissima
Vir-